

MUTUUM.

DECRETA SUPREMÆ CONGREGATIONIS SANCTI OFFICII, AC S. PŒNITENTIARIÆ RESPŒNSA.

Animadversiones editorum Casinensium in hac materia præmittendæ.

Circa materiam mutui, an scilicet liceat exigere aliquid supra sortem, præstat, post decreta S. congregationis Sancti Officii, nec non S. Pœnitentiariæ responsa infra affe-

confiteri in casibus, et circumstantiis, ut ibi, enuclibet presbytero seculari vel regulari legitime approbato: estque tenoris ut sequitur:

PIUS PAPA IX,

Ad perpetuam rei memoriam.

« Quod in religiosis familiis a generalium comitiorum sanctionibus statutum fuit, ut nimirum cuiuslibet regularis Instituti sodales expresse professi, sive presbyteri, sive laici apud confessarios ejusdem religionis duntaxat rite approbatos peccata sua confiteri, ab eisque sacramentalem absolutionem recipere possent, id etiam in ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum a definitorio generali constitutum jam pridem fuit, et in pluribus generalibus ejusdem ordinis comitiis confirmatum. Verum cum ex ea lege sæpe contingeret, ut ejusdem instituti alumni, qui sacris missionibus, vel prædicando verbo Dei addicti, vel alia legitima de causa a suis cœnobiis et longe, et diu abessent, ob confessarii defectum, vel a faciendo sacro, vel a sanctissimo Eucharistiæ sacramento percipiendo se absterent, non sine populi, apud quem versarentur, vel admiratione, vel scandalo, aut etiam evitandi scandali gratia ad divinum sacrificium celebrandum, vel angelorum panem sumendum accederent cum animi et conscientie anxietate.

« Hinc ad occurrendum huic malo glo. me. Benedicti XIV prædecessor Noster per similes in forma brevis litteras datas die 30 Martii an. 1752, contrarium quodlibet decretum, seu statutum a generali ejusdem ordinis definitorio editum, et a capitulis generalibus, probatum, atque etiam a Sede Apostol. confirmatum revocando, statuit, decrevitque, ut quilibet ex Fratribus ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum, sive in sacro presbyteratus ordine constitutus, cujuscunque gradus, dignitatis, conditionis, sive laicus, sive conversus, qui de suorum superiorum licentia ex legitima qualibet causa sive prædicandi verbum Dei quocunque tempore, sive sacras missiones obeundi, sive iter agendi, et alibi commorandi, ubi nullum cœnobilium, seu hospitium, ac nullus frater dicti ordinis existat, libere ac licite possit quemlibet presbyterum sæcularem ab ordinario loci, seu regularem a superiore suo ad sacras confessiones rite probatum, adire, eique peccata sua confiteri, atque ab eodem sacramentalem absolutionem obtinere etiam quoad casus per constitutiones et statuta dicti ordinis servatos, incursasque proinde censuras, recepta salutari pœnitentia, præstitaque obligatione se statim, quoad ei licuerit, coram suo regulari superiore præsentandi, iterumque super casibus, et censuris hujusmodi absolutionem impetrandi.

« Hac tamen memorati decessoris Nostri providentia consultum haud est in singulis casibus conscientiar. tranquillitati; quippe religiosi fratres, sique præsertim, qui sacras missiones obeunt, cum iter agentes unum tantum habeant religiosum sodalem presbyter. penes quem sua peccata queant con-

ferenda, sequentem regulam tradere, juxta quam tam fideles in conscientia, quam confessarii in tribunali pœnitentiæ se gerere debeant.

1. *Ad fideles quod attinet*, qui capitalia sua aliis tradunt, ut ex illis fructus percipiant juxta taxam a lege civili præscriptam, dicimus, ipsos « non esse inquietandos, neque cogendos ad restitutionem fructuum perceptorum, neque in foro pœnitentiæ absolutione

ferri, si aliquam ob causam deterreantur a confessione apud illum peragenda, in maxima conscientie anxietate versentur oportet, atque idcirco a dilecto filio Felice a Lipari hodierno ejusdem ordinis procuratore generali supplicatum nobis est, ut memoratam Benedicti XIV prædecessoris nostri concessionem ad illam etiam causam extendamus, quo unus tantum præsto sit ex eadem religiosa familia sacerdos, a quo sacramentalis peccatorum absolutio possit obtineri.

« Nos igitur cuique incommodo occurrere volentes, quod in perniciem animarum redundaret, exemplum secuti fel. rec. Benedicti XVI prædecessoris nostri, de Apostolicæ potestatis plenitudine, quodcumque statutum a generali ordinis definitorio editum, et per capitula generalia probatum, atque etiam a S. Sede confirmatum, hac tantum ex parte revocantes, et infirmantes, concedimus, atque indulgemus, ut quilibet ex Fratrib. ordin. Minor. S. Francisci Cappuccinorum, sive in sacro presbyteratus ordine constitutus, cujuscunque status, gradus, et dignitatis, sive laicus, sive conversus fuerit, qui de superiorum suorum licentia quocunque legitima ex causa, sive prædicandi verbum Dei quocunque tempore, sive obeundi sacras missiones, sive iter agendi, et in locis commorandi, ubi nullum cœnobilium, sive hospitium sui ordinis existat, atque unum tantum habeat religiosum ejusdem ordinis sacerdotem, apud quem sua peccata confiteatur, hoc casu libere, et licite possit quemlibet presbyterum sæcularem ab ordinario loci, seu regularem a superiore suo regulari rite probatum, adire, eique peccata sua confiteri, ab eoque obtinere sacramentalem absolutionem etiam quoad casus per statuta ordinis servatos, incursasque proinde censuras, præstita tamen obligatione, se statim, ut primum henerit, superiori suo regulari præsentandi, atque iterum super casibus et censuris hujusmodi absolutionem ab ipso impetrandi.

« Decernentes has præsentatas litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores, et S. R. E. cardinal. sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus Apostolicis, nec non dicti ordinis statutis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

« Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 27 Septembris 1852, Pontificatus nostri anno septimo.

« A. card. LAMBRUSCHINI. »

Loco † sigilli.

sacramentali idcirco esse privandos; » si tamen 1° sint in bona fide (187); 2° si vere parati sint stare mandatis, et definitionibus Sanctæ Sedis, si quando edentur.

2. *Quod attinet ad confessarios*, dicimus, 1° « Non esse inquietandos, neque absolutione privandos presbyteros illos, » qui contendunt, legem principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem, absque titulo, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, « quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subicere; » 2° Non esse inquietandos confessarios, qui pœnitentes lucrum eodem modo percipientes absolvent, si isti obijcientes sententiam lucro faventem non fuisse damnatam a S. Sede, « promittant se obedire iudicio S. Pontificis, si illud aliquando intercedat. »

Hæc est summa decretor. mox adducendo-

(187) Cum prima conditio indicata in mox afferendis responsis prædictæ S. Congr. S. Officii, atque S. Pœnitentiariæ, sit *bona fides*, et hæc non parvam adhuc in quorundam opinione faceretur difficultatem; ad eam penitus de medio tollendam, atque aliis simul dubiis cujuscunque generis occurrentibus, quæ fortasse suboriri possent, episc. Nicænsis hanc quæstionem sacra congregat. an. 1857, proposuit: « An pœnitentes, qui moderatum lucrum solo legis titulo ex mutuo dubia, vel mala fide perciperunt, absolvi sacramentaliter possint, nullo imposito restitutionis onere; modo de patrato ob dubiam, vel malam fidem peccato sincere doleant, et Filiali obedientia parati sint stare mandatis S. Sedis? » sub die 17 Jan. an. 1858 responsum fuit: « *Affirmative*, dummodo parati sint stare mandatis S. Sedis. »

(188) Cum vero in cit. responsis adducendis, sæpe in relationibus mentio fiat encyclicæ Bened. XIV ad episcopos Italiæ incip. *Vix pervenit*, perutilem rem facturam putamus, Encycl. ejusmodi integram afferre, in hæc sane verba.

« De usuris, aliisque injustis quæstibus.

« *Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et ordinariis Italiæ.* »

« BENEDICTUS PAPA XIV.

« Venerabilis frater, salutem, et Apostolicam benedictionem.

« Vix pervenit ad aures nostras, ob novam controversiam (nempe, an quidam contractus validus iudicari debeat), nonnullas per Italiam disseminari sententias, quæ sanæ doctrinæ haud consentaneæ viderentur; cum statim nostri Apostolici muneris partem esse duximus, opportunum afferre remedium, ne malum ejusmodi, temporis diuturnitate ac silentio, vires magis acquireret; adiutumque ipsi intercludere, ne latius serperet, et incolumes adhuc Italiæ civitates labefactaret.

« § 1. Quapropter eam rationem, consiliumque suscepimus, quo Sedes Apostolica semper uti consuevit: quippe rem totam explicavimus nonnullis ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, qui sacra theologiæ scientia, et canonice disciplinæ studio, ac peritia plurimum commendantur. Accivimus etiam plures regulares in utraque facultate præstantes, quorum alios ex monachis, alios ex ordine mendicantium, alios demum ex clericis regularibus selegimus; præselem quoque juris utriusque laurea præditum, et in foro diu versatum adhibuimus. Diem quendam indiximus Julii, qui nuper præterit, ut coram Nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii decla-

rum, quæ a Sancta Sede organo antedictæ S. Pœnitentiariæ, ac supremæ congreg. S. Officii edita sunt ab an. 1822 ad an. 1833. Notandum denique.

1. Allata verba *non esse inquietandos*, non meram tolerantiam, sed positivam permissionem significare.

2. Ecclesiasticos, qui in publicis concionibus decretorie prædicant, licitum esse auctarium ex mutuo juxta legis civilis dispositionem, reticendo clausulam « modo sint parati stare decretis S. Sedis, » probari non posse: « quia privata auctoritate definiunt quæstionem, quam S. Sedes nondum voluit definire. » Ita responsum fuit episcopo Viterbiensi 7 Martii an. 1835 (188).

His ita præmissis, responsa, de quibus supra, S. Congr. S. Officii ac S. Pœnit. ordinata serie subnectimus.

ravimus, quod illis antea cognitum, perspectumque deprehendimus.

« § 2. Post hæc præcepimus, ut omni partium studio, omnique cupiditate soluti, rem totam accerate perpenderent, suasque opiniones scripto exararent; non tamen expetivimus ab ipsis, ut iudicium ferrent de contractu, qui controversiæ causam initio præbuerat, cum plura documenta non suppetrent, quæ necessario ad id requirebantur; sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur ea, quæ nuper in vulgus spargi cœperunt. Jussa fecerunt universi; nam suas sententias palam declararunt in duabus congregationibus, quarum prima coram Nobis habita est die 18 Julii, altera vero die prima Augusti, qui menses nuper elapsi sunt; ac demum easdem sententias congregationis secretario scriptas tradiderunt.

« § 3. Porro hæc unanimi consensu probaverunt:

« I. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem, et locum habet, in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo, quod suapte natura tantumdem duntaxat reddi postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, quam est receptum; ideoque ultra sortem, lucrum aliquid, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea hujusmodi lucrum, quod sortem superet, illicitum et usurarium est.

« II. Neque vero ad istam labem purgandam, ulium accessiri subsidium poterit, vel ex eo quod id lucrum non excedens, et nimium, sed moderatum, non magnum, sed exiguum sit; vel ex eo quod is, a quo id lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper, sed dives existat; nec datam sibi mutuo summam relicturus otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel novis coemendis prædiis, vel quæstiosis agitandis negotiis, utilissime sit impensurus. Contra mutui siquidem legem, quæ necessario in dati atque redditi æqualitate versatur, agere ille vincitur: quisquis, eadem æqualitate semel posita, plus aliquid a quolibet, vi mutui ipsius, cui per æquale jam satis est factum, exigere adhuc non veretur: proindeque si acceperit, restituendo erit obnoxius, ex ejus obligatione justitiæ, quam commutativam appellant, et cujus est, in humanis contractibus æqualitatem ejusque propriam et sancte servare, et non servatam exacte reparare.

« III. Per hæc autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum mutui contractu quosdam alios, ut aiunt, titulos, eosdemque ipsimet universim nature mutui minime innatos, et intrinsecos forte

DECRETA SUPREMÆ CONGREGATIONIS
SANCTI OFFICII.

Feria iv, 5 Julii 1822.

I.

Ad preces cujusdam innominatæ mulieris Lugdunensis, Emin. D. card. Galeffi transmissas, quibus, descripto generali rerum

concurrere, ex quibus justa omnino, legitimaque causa consurgat quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur posse multoties pecuniam ab unoquoque suam, per alios diversæ prorsus nature a mutui natura contractus, recte collocari, et impendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam mercaturam, et negotiationem exercendam, honestaque indidem luera percipienda.

« IV. Quemadmodum vero in tot ejusmodi diversis contractuum generibus, si sua cujusque non servatur æqualitas, quidquid plus justo recipitur, si minus ad usuram, (eo quod omne mutuum tam apertum quam palliatum absit); at certe ad aliam veram injustitiam, restituendi onus pariter asserentem, spectare compertum est; ita si rite omnia peragantur, et ad justitiæ libram exigantur, dubitandum non est, quin multiplex in iisdem contractibus licitis modus, et ratio suppetat humana commercia, et fructuosam ipsam negotiationem ad publicum commodum conservandi ac frequentandi. Absit enim a Christianorum animis, ut per usuras, aut similes alienas injurias, florere posse lucrosa commercia existiment; cum contra ex ipso oraculo divino dicamus, quod *justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum.*

« V. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso sibi quemquam, et non nisi temere persuasurum, reperiri semper, ac præsto ubique esse, vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel, secluso etiam mutuo, contractus alios justos, quorum vel titulorum, vel contractuum præsidio, quotiescunque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuiunque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram, salvamque, recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis documentis et catholicæ Ecclesiæ de usura judicio, sed ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo simplici, ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso præsertim Christo Domino edocente: *Volenti mutuari a te, ne avertaris*: et quod similiter multis circumstantiis, præter unum mutuum, alteri nulli vero iustoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur suæ conscientie consultum velit, inquirat prius diligenter oportet, verene cum mutuo justus alius titulus, verene justus alter a mutuo justus contractus occurrat, quorum beneficio, quod quærit lucrum, omnis labis expers, et immune reddatur.

« § 4. His verbis complectuntur, et explicant sententias suas cardinales ac theologice et viri canonum peritissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus; nos quoque privatim studium nostrum conferre in eandem causam non prætermisimus, antequam Congregationes haberentur, et quo tempore habebantur, et ipsis etiam peractis; nam præstantium virorum suffragia, quæ modo commemoravimus, diligentissime percurramus. Cum hæc ita sint, approbamus, et confirmamus quæcunque in sententiis superius expositis continentur; cum scriptores plane omnes, theologice et canonum professores, plura sacrarum litterarum testimonia, pontificum decessorum nostrorum decreta, conciliorum, et Patrum auctoritas, ad easdem sententias comprobandas pene conspirare videantur. Insuper

statu post notos publicos eventus, et leges a civili auctoritate latas, in Galliis obtinente, exponebat, se sua capitalia quibusdam tradidisse, ut fructus ex illis juxta taxam a lege civili præscriptam perciperet, suum autem directorem ipsi absolutionem denegare, nisi proventus inde receptos restitueret, aut obligationes erga eos, qui solverent, emitteret.

apertissime cognovimus auctores quibus contraria sententiæ referri debent; et eos pariter, qui illas fovent ac tuentur, aut illis ansam, seu occasionem præbere videntur; neque ignoramus quanta sapientia et gravitate defensionem veritatis susceperint theologi finitimi illis regionibus, ubi controversiæ ejusmodi principium habuerunt.

« § 5. Quare has litteras encyclicas dedimus universis Italiæ archiepiscopis, episcopis et ordinariis, ut hæc tibi, venerabilis frater, et cæteris omnibus innotescerent, et quoties synodos celebrare, ad populum verba facere, eumque sacris doctrinis instruere contingerit, nihil omnino alienum proferatur ab iis sententiis, quas superius recensuimus. Admonemus etiam vehementer, omnem sollicitudinem impendere, ne quis in vestris diocesisibus audeat litteris, aut sermonibus contrarium docere: si quis autem parere detrectaverit, illum obnoxium et subjectum declaramus pœnis per sacros canones in eos propositis, qui mandata Apostolica contempserint ac violaverint.

« § 6. De contractu autem, qui novas has controversias excitavit, nihil in præsentia statuimus; nihil etiam decernimus modo de aliis contractibus, pro quibus theologi et canonum interpretes in diversas abeunt sententias; attamen pietatis vestræ studium ac religionem inflammandam existimamus, ut hæc, quæ subjicimus, executioni demandetis.

« § 7. Primum gravissimis verbis populis vestris ostendite, usuræ labem, ac vitium a divinis litteris vehementer improbari, illud quidem varias formas, atque species induere, ut fideles Christi sanguine restitutos in libertatem et gratiam, rursus in extremam ruinam præcipites impellat; quocirca si pecuniam suam collocare velint, diligenter caveant, ne cupiditate omnium malorum fonte rapiantur: sed potius ab illis, quod doctrinæ ac virtutis gloria supra cæteros effertur, consilium exposcant.

« § 8. Secundo loco; qui viribus suis, ac sapientiæ ita confidunt, ut responsum ferre de iis questionibus non dubitent, (quæ tamen haud exigua sacrae theologiæ et canonum scientiam requirunt), ab extremis, quæ semper vitiosæ sunt, longe se abstineant; etenim aliqui tanta severitate de iis rebus judicant, ut quamlibet utilitatem ex pecunia desumptam accusent, tanquam illicitam et cum usura conjunctam; contra vero nonnulli indulgentes adeo, remissique sunt, ut quodcumque emolumentum usuræ turpitudine liberum existiment. Suis privatis opinionibus ne nimis adhaereant; sed priusquam responsum reddant, plures scriptores examinent, qui magis inter cæteros prædicantur; deinde eas partes suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelligunt. Quod si disputatio insurgat, dum contractus aliquis in examen adducitur, nullæ omnino contumeliæ in eos confingantur, qui contrariam sententiam sequuntur, neque illam gravibus censuris notandam asserant, si præsertim ratione et præstantium virorum testimoniis minime careant; siquidem convicia atque injuriæ vinculum Christianæ charitatis infringunt, et gravissimam populo offensionem et scandalum præseferunt.

« § 9. Tertio loco, qui ab omni usuræ labe se immunes et integros præstare volunt, suamque pecuniam ita alteri dare, ut fructum legitimum se-

Quærebat ergo.

« 1. An ad restitutionem perceptorum fructuum esset obligata;

« 2. An duntaxat, postquam ejus bona fides desiderat;

« 3. Quandonam cessatio bonæ fidei locum haberet;

« 4. An sufficeret de ea audivisse, etiamsi loquentis opinio non fuisset adoptata.»

Em. Decreverunt: « Oratrici pro nunc dicatur, quod responsa ad propositos casus ipsi opportuno tempore dabuntur. Interim vero, licet non peracta ulla illarum restitutionum, de quarum obligatione S. Sedem consuluit, a proprio confessario absolvi sacramentaliter posse, dummodo vere parata sit stare mandatis.»

Hujusmodi decretum em. D. card. Galeffi traditum, ab eoque transmissum fuit, qui de illo gratanter recepto certior factus est.

[Transmissum fuit a cancellaria S. Officii.]

ALIUD RESPONSUM PRO EPISCOPO RHEDONENSI.

II.

Episcopus Rhedonensis in Gallia exponit sacrae congregationis Inquisitionis, non eandem esse confessariorum suæ diocesis sententiam de lucro percepto ex pecunia negotiatoribus mutuo data, ut ea ditescant.

De sensu epistolæ encyclicæ *Vix pervenit*, acriter disputatur. Ex utraque parte momenta afferuntur ad tuendam eam, quam quisque amplexus est, sententiam, tali lucro faventem, aut contrariam. Inde querelæ, dissensiones, denegatio sacramentorum plerisque negotiatoribus isti ditescendi modo inhærentibus et innumera damna animarum. Ut animarum damnis occurrant, nonnulli

lummodo percipiant, admonendi sunt, ut contractum instituendum antea declarent, et condiciones inserendas explicent, et quem fructum ex eadem pecunia postulent. Hæc magnopere conferunt modo ad animi sollicitudinem, et scrupulos evitandos, sed ad ipsum contractum in foro externo comprobandum. Hæc etiam aditum intercludunt disputationibus, quæ non semel concitandæ sunt, ut clare pateat, utrum pecunia, quæ rite data alteri esse videtur, revera tamen palliatam usuram contineat.

« § 10. Quarto loco vos hortamur, ne aditum relinquatis ineptis illorum sermonibus, qui dicitant, de usuris hoc tempore questionem institui, quæ solo nomine contineatur; cum ex pecunia, quæ qualibet ratione alteri conceditur, fructus ut plurimum comparetur. Etenim quam falsum id sit, et a veritate alienum plane deprehendimus, si perpendamus, naturam unius contractus ab alterius natura prorsus diversam et sejunctam esse; et ea pariter discrepare magnopere inter se, quæ a diversis inter se contractibus consequuntur. Revera discrimen apertissimum intercedit fructum inter, qui jure licito ex pecunia desumitur, ideoque potest in utroque foro retineri, ac fructum, qui ex pecunia illicite conciliatur; ideoque fori utriusque iudicio restituendus decernitur. Constat igitur haud isanem de usuris questionem hoc tempore proponi, ob eam causam, quod ut plurimum ex pecunia, quæ alteri tribuitur, fructus aliqui excipiuntur.

« § 11. Hæc potissimum vobis indicanda censuimus, sperantes fore, ut mandatis executioni, quæ-

confessarii mediam inter utramque sententiam viam se posse tenere arbitrantur. Si quis ipsos consulat de istiusmodi lucro, illum ab eo detertere conantur. Si pœnitens perseveret in consilio pecuniam mutuo dandi negotiatoribus, et obijciat sententiam tali mutuo faventem multos habere patronos, et insuper non fuisse damnatam a Sancta Sede non semel ea de re consulta; tunc isti confessarii exigunt, ut pœnitens promittat, se filiali obedientia obtemperaturum iudicio Summi Pontificis, si intercedat, quæcunque sit: nec, hæc promissione obtenta, absolutionem denegant, quamvis probabiliorum credant opinionem contrariam tali mutuo. Si pœnitens non confiteatur de lucro ex pecunia sic mutuo data, et videatur in bona fide, isti confessarii, etiamsi aliunde noverint ab eo perceptum esse, aut etiam nunc percipi istiusmodi lucrum, eum absolvent, nulla ea de re interrogatione facta, quando timent, ne pœnitens admonitus restituere, aut a tali lucro abstinere, recuset.

Inquit ergo dictus episcopus Rhedonensis,

« 1. Utrum possit horum posteriorum confessariorum agendi rationem probare:

« 2. Utrum alios confessarios rigidiores ipsum adentes consulendi causa, possit hortari, ut istorum agendi rationem sequantur, donec Sancta Sedes expressum ea de questione iudicium ferat.»

Loco ✕ sigilli.

✕ C. L. episcopus Rhedonensis.

Feria iv, die 18 Augusti 1830.

Responsio Summi Pontificis Pii VIII, 1830,
18 Augusti

Sanctissimus dominus noster dominus

cunq; per has litteras a Nobis præscribuntur: « Opportunis quoque remediis consulatis, ut confidimus, si forte ob hanc novam de usuris controversiam in diocesi vestra turbæ concitentur, vel corruptelæ ad labefactandum sanæ doctrinæ candorem, et puritatem inducantur. Postremo vobis et gregi curæ vestræ concedito, Apostolicæ benedict. impertimur.»

« Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, die prima Novembris 1745, Pontificatus nostri anno sexto.»

Notandum sapientissimum Pontificem neque directe neque indirecte definivisse controversiam circa usuras. Quippe anno 1746 id est vix post editam anno superiori præd. encyclicam, idem Summus Pontifex permisit Romæ sub suis oculis typis edi, imo, et sibi dedicari opus Scipionis Maffei, cui titulus *Sull'impiego del danaro*, ubi aperte tuetur thesin, licere ex capitalibus mutuo traditis moderat. fructus percipere, ex norma ut ibid.

Hoc adeo verum est, ut etiam post Bened. XIV thesis ipsa, quoad auctarium ex mutuo, fuerit adhuc apertissime in scholis catholicis propugnata, et adhuc defendatur, sciente, nec reclamante Sede Apostolica; uti videre est in operibus Bolgeni S. Pœnit. theologi, *Dissertaz. sopra l'impiego del danaro*; Mastrofini, *Le usure*, lib. III (Romæ sub Pio VIII); cardinali de Luzerne, *Sur le prêt de commerce*, etc., aliisque. Neque in anted. encyclica ullum verbum fit *De titulo extrinseco legis civilis*, ac si etiam hoc titulo intercedente, Pontifex auctarium ex mutuo prohibitum omnino intendat.

Pius divina Providentia PP. VIII in solita audientia R. P. D. assessori S. Officii imperita, audita relatione superiorum dubiorum una cum voto eminentissimorum DD. cardinalium inquisitorum generalium, respondit.

Ad primum: « Non esse inquietandos. »

Ad secundum: « Provisum in primo. »

Loco ✕ sigilli S. Inquisitionis.

Pro D. Nicolao Soldini.

S. Romanæ et universalis Inquisitionis notario:

Angelus ARGENTI, secretarius.

Gratis apud S. Officium.

III.

QUESITA AD SACRAM PœNITENTIARIAM FACTA

Cum responsis ejusdem sacræ Pœnitentiariæ.

Quæsitæ professoris theologiæ in seminario Lugdun.

Quando S. Pœnitentiariæ dubia circa materiam usuræ proponuntur, semper remittit ad doctrinam S. P. Benedicti XIV quæ revera sat clara et perspicua est pro iis, qui bona fide eam perscrutari volunt.

Attamen sunt quidam presbyteri, qui contendunt, licitum esse percipere auctarium quinque pro centum solius vi legis principis, absque alio titulo vel damno emergentis, vel lucri cessantis; quia, inquit, lex principis est titulus legitimus, cum transferat dominium auctarii sicut transfert dominium in præscriptione, et sic prorsus annihilant legem divinam et legem ecclesiasticam, quæ usuras prohibent.

Cum hæc ita se habeant, orator infra scriptus, existimans nullo pacto esse licitum recedere a doctrina Benedicti XIV, denegat absolutionem sacramentalem presbyteris, qui contendunt, legem principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem, absque titulo vel lucri cessantis, vel damni emergentis.

Quare infra scriptus orator humiliter supplicat ut sequentia dubia solvantur:

« 1. Utrum possit in conscientia denegare absolutionem presbyteris præfatis. »

« 2. Utrum debeat. »

Lugduni, 25 Maii 1830

DENAVIT, prof.

Responsio sacræ Pœnitentiariæ. 1830, 16 Sept.

Sacra Pœnitentia, diligenter ac mature perpensis dubiis propositis, respondendum censuit, presbyteros, de quibus agitur, non esse inquietandos, quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiseric, cui parati sint se subicere, adeoque nihil ob stare eorum absolutioni in sacramento pœnitentiæ.

Datum Romæ, in Pœnitentia, die 16 Septembris 1830.

E. de GREGORIO, M. P.

F. FRICCA, S. P. secretarius.

S. Præfata responsa, alias per Sacram Pœ-

nitentiariæ Officium data, vera esse et omni fide digna testamur.

Datum Romæ, in S. Pœnitentia, die 11 Januarii 1833.

Loco ✕ sigilli sacræ Pœnitentiariæ.

E. card. DE GREGORIO, M. P.

IV.

VENERABILI IN CHRISTO PATRI EPISCOPO VERONENSI

Salutem et sinceram in Domino Charitatem

Ex sacra Pœnitentia.

Responsio sacræ Pœnitentiariæ episcopo Veronensi, 1831, 14 Augusti.

Sacra Pœnitentia, perlectis expositis a ven. in Christo Patre episcopo Veronensi in supplici libello 1 mensis nuper elapsi, abstinendum sibi duxit a resolutione quatuor dubiorum, quæ in eo proponebantur, sed oratori communicat responsa data a suprema congregatione Sancti Officii ad alia quædam dubia eandem materiam respicientia. Hæc autem sunt hujusmodi.

« 1. Utrum confessarius possit in conscientia denegare absolutionem presbyteris, qui contendunt legem principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem, absque alio titulo vel lucri cessantis, vel damni emergentis. »

« 2. Utrum debeat. »

Resp. ad utrumque: « Non esse inquietandos: quousque S. Sedes definitivam decisionem emiseric, cui parati sint se subicere: adeoque nihil ob stare eorum absolutioni in sacramento pœnitentiæ. »

ALIA DUBIA.

Ad S. Pœnitentiariam.

1. An confessarius ille possit absolvi, qui licet Bened. XIV et aliorum Summorum Pontificum de usura definitiones noverit, docet ex mutuo divitibus, aut negotiatoribus præstito percipi posse, præter sortem, lucrum quinque pro centum, etiam ab iis, qui nullum omnino alium, præterquam legem civilem, titulum habent mutuo extrinsecum:

2. An peccet confessarius, qui dimittit in bona fide pœnitentem, qui ex mutuo exigit lucrum lege civili statutum, absque extrinsecis lucri cessantis, aut damni emergentis, aut periculi extraordinarii titulo:

Resp. ad primum: « Confessarium, do quo in dubio, non esse inquietandum, quousque S. Sedes definitivam decisionem emiseric, cui paratus sit se subicere: adeoque nihil ob stare ejus absolutioni in sacramento pœnitentiæ. »

Ad secundum: « Provisum in præcedenti, dummodo pœnitentes parati sint stare mandatis Sanctæ Sedis. »

ALIA DUBIA

Ad S. Pœnitentiariam.

Vir quidam persuasus erat, Encyclicam Bened. XIV non inhibere lucrum ex colla-

tionem pecuniæ perceptum juxta disposita a lege civili. Ejus hæredes quærent:

« 1. An Encyclicam recte acceperit:

« 2. Etiam supposito, quod male acceperit, persuasus tamen recte acceperit, an hæredes ab omni reparatione se exemptos existimare valeant. »

Resp. ad primum: « Acquiescant, dummodo parati sint stare mandatis S. Sedis. »

Ad secundum: « Provisum in primo. »

ALIA DUBIA

Ad S. Pœnitentiariam.

1. An possit eorum confessariorum agendi ratio probari, qui dum tenent uti probabiliore opinionem contrariam lucro ex pecunia negotiatoribus mutuo data, pœnitentes eo modo lucrum percipientes ut dicescant, absolvunt, quando nempe isti objicientes sententiam lucro faventem non fuisse a Sancta Sede damnatam, promittunt tamen obedire judicio S. Pontificis, si intercedat: et similiter agunt, quando pœnitentes lucrum percipientes in bona fide, de eo non confidentur, licet aliunde noverint, ipsos percipere lucrum ut supra, nulla ea de re facta interrogatione, quando timent, ne pœnitentes admoniti restituere, aut a tali lucro abstinere, recusent.

2. Utrum episcopus possit hortari rigidiores confessarios consulendi causa ipsum adeuntes, ut priorum confessariorum agendi rationem sequantur, donec S. Sedes expressum ea de quæstione judicium ferat.

Resp. ad primum: « Non esse inquietandos. »

Ad secundum: « Provisum in primo. »

Datum Romæ, in S. Pœnitentia, die 14 Augusti 1831.

V. D. SOLIMEI, S. P. secr.

V.

Observationes ep. Vivariensis circa responsum datum episc. Rhedonensi

Beatissime Pater

Pervenit ad me judicium SS. Pii VIII sub data diei 18 Aug. 1830 ad postulata episcopi Rhedonensis super agendi ratione confessariorum erga pœnitentes, qui inter disceptationes theologorum circa mutuum expositas in supplici libello, mediam se posse sequi viam arbitrantur.

Idem judicium loquitur de voto eminentissimorum cardinalium inquisitorum generalium; et rescripto subjiciuntur responsa data ab iisdem eadem die ad diversa dubia relativa ad opinionem eorum, qui contendunt, legem principis solam, esse titulum sufficientem aliquid percipiendi ultra sortem in mutuo.

Ex isto judicio, et istis responsis datis nova exorta sunt dubia, novæ disceptationes, nova quæsitæ. Nam dictum judicium in plurius diocesibus divulgatum est, et hæc est occasio talium disceptationum.

In exposito episcopi Rhedonensis nulla fit mentio dicti tituli, quem volunt quidam

theologi reperiri in lege principis; sed unice de mutuo dato negotiatoribus, et de sensu encyclicæ *Vix pervenit* circa tale mutuum negotiatoribus factum.

Unde alii dicunt, judicium SS. Pontificis Pii VIII in se solo attendendum esse, et separatim a responsis datis ab eminentissimis cardinalibus, ita ut sensus istius judicii sit: « Sententiam faventem mutuo facto negotiatoribus non fuisse damnatam a S. Sede, ea de re non semel consulta: ideoque si pœnitentes promittant, se filiali obedientia obsecuturos judicio SS. Pontificis, si intercedat, non esse inquietandos confessarios, qui ipsis absolutionem non denegant. » Qui sic judicium SS. Pontif. interpretantur, aures avertunt a littera Encyclicæ Benedicti XIV ut a 1 et 2 *De synodo diœcesana* ejusd. Pontificis, ad quam plures responsiones S. Sedis remittunt, ab instructione data p. Carcio Felici, 17 Aprilis 1749 et a diversis responsis datis a S. Sede Apostolica.

Alii, non concipientes, qua via præfatum judicium conciliari possit cum dictis decisionibus Benedicti XIV et aliorum SS. Pontificum circa mutuum negotiatoribus factum, si sic seorsim attendatur, putant dictum judicium non sic esse intelligendum, sed conjunctim cum responsis datis ab eminentissimis cardinalibus, ad quæ remittere videtur SS. Pontifex, qui dicit in præfatio judicii: « Audita relatione superiorum dubiorum cum voto eminentissimorum cardinalium; » et judicium esse referendum ad dubia de titulo legis principis, qui titulus damnatus non fuit a S. Sede.

Sed oritur nova difficultas circa sensum responsionum S. Officii. Eminentissimi enim cardinales loquuntur de lege principis sine addito, non verba facientes de conditione, quam in medium proferunt patrum tituli ex tali lege desumpti ad percipiendum interesse, nempe quod princeps lege sua declaret, non quidem licitum esse percipiendi in mutuo usuras (quæ jure naturali et divino sunt prohibitæ), sed se ex causa publica et in quibusdam circumstantiis concedere jus ad moderatas præstationes a subditis suis exigendas, ita ut tunc transferat dominium sicut per legem præscriptionis.

Punctum istud magni momenti est in Galliis ubi lex civilis omnino silet de dato jure ad percipiendum usuras et potius supponit mutuam ad lucrum jus certum habere. Motivum illius legis a gubernii illius temporis legislatoribus expositum erat quod gubernii consultores interesse consideraverant ut justam compensationem beneficiorum quæ eventura erant mutuanti ex usu pecuniæ mutuatae, si eum usum sibi retinisset. In discussione legis hæc insuper habuit tribunatus orator: « Legitimitas stipulationis lucri in mutuo pluries agitata, et tam impolitice proscripita propter æquivocationem verborum, amplius dubia non erit. Apud omnes certum est, pecuniam esse signum valoris, omnesque consentiunt valorem locari posse, at, nolunt nec possunt convenire, signum valoris pariter posse lo-